

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Antidota Apostolica contra nostri temporis hæreses**

In quibus Loca illa explicantur, quæ Hæreticj hodie (maximè Caluinus & Beza) vel ad sua placita stabienda, vel ad Catholicæ Ecclesiæ dogmata infirmando ...

In Epistolam B. Pauli ad Romanos

**Stapleton, Thomas**

**Antverpiae, 1595**

14 Quicunque enim Spiritu Dei aguntur, hi filij Dei sunt.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39447**

tinet, verit in desideria, quibus nemo iu-  
fus caret; & ipsam mortificatione actu præ-  
standam, in mortificandi studium ac cona-  
tum inefficacem. Hæ eius artes sunt.

14 Quicunque enim Spiritu Dei aguntur, hi filij  
Dei sunt.

PROBATIO eius est quod proximè præce-  
dit. Ne enim quis, auditio quod Spiritu Carnis fa-  
cienda carnis mortificare oportet, vel id sibi <sup>de</sup> mor-  
tificandi  
esse exultaret ex ignavia, vel id se suis facultas.  
vñibꝫ præstare posse putaret ex præsumptio-  
ne, utriusque malo occurrit Apostolus, docēs  
per humanis viribus id fieri, sed Spiritu Dei;  
ut Dei Spiritu carere posse, qui filij Dei  
sunt. Certa enim filiorum Dei nota, certa  
felicitas, & Dei erga eos dignatio est, ut Spi-  
ritum Dei habeat, atque ab eo in carnis mor-  
tificatione perpetuò agantur, id est, adiu-  
uentur; atque ira adiuuentur, ut ipsi agant  
quoque, & agenti eos gratiæ libera electione  
vel cooperentur, ( ut in sermone præallegato  
prolixè & copiosè hunc locum pertractans  
docet S. Augustinus ) vel etiam ab agente <sup>Serm. 13.</sup>  
<sup>de verb.</sup>  
<sup>Apostoli.</sup>  
<sup>In enchi-</sup>  
gratia deficiant ad seipso, ut idem docet  
Augustinus alibi.

Calvinus hunc etiam locum nefariè cor-  
rumpit, & scopum ac sensum Apostoli esse  
ait, ut his verbis fideles animentur ad indubiam salu-  
ti sua fiduciam. Atqui de hac fiducia nihil ha-  
cenus toto hoc capite disputauit Apostolus. <sup>Calvini</sup>  
<sup>corrupte-</sup>  
<sup>la ex ipso</sup>  
<sup>probatur</sup>  
<sup>Calvino.</sup>

G g 5 Et

Et fatetur Caluinus, hæc verba probatum  
continere eius quod proximè præcessit. Vnde fo  
contra Caluinū ratiocinamur: Hæc senten  
tia probatio eius est quod proximè præcessit: Sed in  
eo quod proximè præcessit, de salutis iudicii  
fiducia nihil prorsus actum aut dictum est: vnu  
rum de factis carnis Spiritu mortificando.  
Ergo hic locus non ad animandos fideles  
aliqua salutis fiducia, sed ad animandos fi  
deles ad strenuā carnis suæ mortificationem  
propriè & vnicè valet. Obseruet autem le  
ctor, quòd ex hac simplici ac nuda assertione  
nulla ratione, nullo arguento firmata, inde  
quam euidens ratio falsam conuicit, pernici  
ac si fortissima demonstratione probata  
esset, aut in verbis Apostolicis euidenter co  
spiceretur, à tota disputatione Apostolica  
lectoris animum abducit, & tam hanc quam  
subsequentes sententias ad sensum ab Apo  
stoli verbis totoq[ue] h[ic] scopo & intento  
alienissimis violéter contorquet. Mox quip  
pe in hac sententia vide quām citò conclo  
dat, & cornutum struat syllogismum. *Sicut*  
*(inquit) hue redit: Filij Dei sunt, quicunq[ue]*  
*Spiritu Dei aguntur: Omnes filij Dei sunt heredi*  
*vita eterna: Ergo certi de vita eterna esse debent,*  
*quicunque aguntur Spiritu Dei.* Ponit in conclu  
sione quod nec propositione nec assumptio  
tinebat: vt propterea talis conclusio non  
medijs assumptis, sed ex cerebro disputan  
capta fuisset. *De certitudine, inquam, vita*

Conclu  
siones  
Caluinī  
impude  
tissimis.

Caluinī  
cornutus  
paralogis  
mus.

ternæ nec maior nec minor propositio lo-  
quitur, sed sola conclusio. Quod tale in dif-  
fusando vitium est, quo vix turpius accidere  
posit. Ceterum seruatis Caluini medijs  
hac est recta & legitima argumentatio: Non  
sunt heredes vitæ æternæ nisi filii Dei: Omnes  
filii Dei Spiritu Dei aguntur: Ergo omnes  
heredes vitæ æternæ Spiritu Dei aguntur.  
Hæc conclusio & ex illis medijs recte conse-  
cuitur, & vera est, quia media assumpta vera  
sunt. Debet omnes heredes vitæ æternæ, ut,  
quod sperant, certò assequantur (neque enim  
in hac vita nisi secundum spem heredes sunt) Spi-  
ritu Dei agi, non spiritu carnis suæ, ut secun-  
dum Dei Spiritum viuant, facta carnis mor-  
tificantes; non secundum carnem, opera car-  
nis perpetrantes. Vnde iterum certitudo gra-  
tit, quam ex hoc loco quasi ex pumice aquā  
haurirevoluit Caluinus, ex huius loci cir-  
constantia manifestè refellitur. Nam si ex ope-  
ribus estimandum qualiter affectus sit erga nos Do-  
minus (ait ipse Caluinus) id ne tenui quidem con-  
sulta assequi nos posse fateor. Atqui hic opera  
secundum Spiritum necessariò requiruntur,  
utin superiori sententia, quam ista confirmat,  
ostensum est. Sed huiusmodi paralogismis,  
& diuinæ Scripturæ manifestis corruptelis,  
nititur Caluiniana hodie & Lutherana cer-  
titudo gratiæ,

Tit. 3.

Certitu-  
do gratiæ  
euertitur.Institut.  
lib. 3 c. 2.  
num. 36.

15. Non